

DE POETIS LESBIORUM, DE HERMA, DEO FERTILITATIS, ET DE MYSTERICIS ARTEMIDIS APUD MYTILENAEOS OLIM CELEBRATIS

TIMOTHEY MYAKIN

Novosibirsk State University

miackin.timof@yandex.ru

ABOUT THE LESBIAN POETS, ABOUT HERMES, THE GOD OF FERTILITY,
AND ABOUT THE MYSTERIES OF ARTEMIS IN ANCIENT MYTILENE

ABSTRACT. The article finalizes the study of the erotic pre-wedding ritual of the mysteries of Artemis in ancient Mytilene. Comparative analysis of epigraphic, literary and new archaeological data shows that the Sapphic girls during this ritual seem to have sacrificed their virginity to the goddess Artemis (cf. Sapph. Fr. 99 (a–b), Fr. 114 Campbell; SEG XX 717, 84–97; IG XII (2) 255; Ps.-Aeschin. 10 etc.). In this case, the older girls in the course of these mysteries of Artemis seem to have acted as Hermes, the phallic deity of fertility (cf. Sapph. Fr. 141, Fr. 150 Campbell; TAM III/1 35, A1). New archaeological discoveries, made in Klopedi (North Lesbos), also testify in favor of this hypothesis.

KEYWORDS: poetry of Alcaeus, erotic poetry of Sappho, mysteries of Artemis in ancient Mytilene, pre-wedding rituals in Ancient Greece.

* This article, which is written in Latin, I dedicate to the bright memory of Ivan Lunyak, an outstanding Russian philologist and Latinist, who has initiated the scientific study of Sappho's poetry in Russia exactly 130 years ago with his remarkable Latin book «Quaestiones Sapphicae» (Iohannes Luniak. Quaestiones Sapphicae. Kazaniae, 1888).

*Ad memoriam Iohannis Luniaki
viri doctissimi latinitatisque peritissimi*

Feminae virique docti haud facili labore suscepto fragmenta Sapphonis anno 2014 reperta perscrutati iam pervestigationes scriptas multas variasque de Sapphonis carminibus novis colligerunt (Nagy 2016, 449–493; Müller 2016, 25–49; Neri 2015b, 53–75; Neri 2015, 9–20; Sironi 2015, 111–118; Obbink 2015, 1–8; Ferrari 2014, 1–19;

ΣΧΟΛΗ Vol. 12. 2 (2018)

www.nsu.ru/classics/schole

© T. Myakin, 2018

DOI: 10.21267/schole.12.2.02

West 2014, 1–12; Bettenworth 2014, 15–19; Myakin 2014, 425–444; Obbink–Burris–Fish 2014, 1–28). Nam illa vere fragmenta exponunt carmen quodcumque Sapphicum a choro virginum feminarumve in sollemnibus deorum dearumque cantari potuisse (cf. chorū dies festos Iunonis Iovis Bacchique in Sapph. fr. 17 Campbell celebrantem: πλάσιον δὴ μ[οισοπ]όλοις ἀ[ήσθ]ω¹). Quae cognita tamen parum sufficient, ut animū moresque poetriae famosae satis intellegamus, si ipsa sacra principalia Mytilenaeorum cum diligentia vera prius non investigaverimus. Etenim Mytilenis mysteria Artemidis virginum ipsarum feminarumque maxime interfuisse maximique momenti facta esse videntur².

His quaestionibus disputandis nemo feminarum virorumque doctorum operam usque eo donabat, quoad egomet opus aggressus sum (Myakin, 2016). Ipsa modo mysteria Artemidis apud Mytilenaeos facta a M. Nilssone et G. Digidiki probata sunt³. E.L. Shields sola strictim proposuit illam Artemidem mysteriis habitis venas quasdam Hecates Mytilenis tenuisse. Atqui constat Artemidem Hecatam cultam opere caelato non Mytilenis, sed vico Lesbio parvo, cui Plagia nomen sit, testatam esse (Digidikis 1998, 85; Shields 1917, 18). Sed Shields inscriptiones illas Mytilenenses antiquas satis explicare nodareque ne temptabat quidem. Quidnam inscriptiones illae nobis tradant? «Mysteria» (τῶν μυσ[τηρίων]), quo loco mystae «sub Artemidem» ierint (Ἄρτεμιν ὑπὸ, SEG XXVI 881,2–5), e decretis Senatus Populique Mytilenensis nobis exponuntur. E decretorum litteris, quae restant, cernimus hominem, qui ad «illam (Artemidem, scilicet) deam conveniat» (ll. 12s. τὰ]ν θέαν συνδρα[μοντα]). Verba insolita dicta statim conspiciuntur. Quorum enim illud «sub Artemidem ire» (sive in officio retineri?) expressum veluti oboedientia quaedam absoluta sentitur. Qui sub Artemidem it, in manum eius se tradit, in universum deae transit (ll. 4s. ἐλ]θέτω πρὸς τὰν/ ... τὰν

¹ Scilicet grex religionum virgineus ante oculos nostros re vera positus est, veluti Obbink, Burris et Fish (Obbink–Burris–Fish 2014, 5) recte notaverunt. Hac in re carmina Sapphica nunc a E. Prodi cum Pindari hymnis, qui de moribus ritibusque religionum quoque saepe referunt, iuste comparantur (Prodi 2017, 551–575). Cf. Ferrari 2014, 15. Illud Iunonis Iovis Bacchique delubrum e hac «Sapphone nova» nostra supra indicatum iam temporibus Sapphicis extitisse, St. Caciagli nuper demonstravit iure ac merito (cf. Caciagli 2010, 247–248.). Nam consequor ea, quae clarissimo Ferrari videntur (Ferrari 2014, 16). F. Ferrari commonstrat nos vestigia atramenti servata papyro illa ΛΟΙΣ melius interpretari posse. Cuius versus lacuna ἀ[...]ω transcripta rectius ἀ[ήσθ]ω suppletur (cf. Obbink–Burris–Fish 2014, 5–7). Meminerimus autem illos locos: θεοῦ χαρίεν τ' ἀπὸ εἰδος ἄγτο (Hes. fr. 43a,74 M.-W.); χάρις δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄγτο (Hes. Theog. 583); περὶ τ' ἀμφί τε κάλλος ἄγτο (H. Hom. Cer. 276).

² «Auctoritas magna florensque» Artemidis Mytilenis cultae iam a S. L. Plehno primo virorum doctorum iure notata est (Plehn 1826, 117).

³ Digidikis 1998, 81–89; Nilsson 1906, 241.

Ἄρτεμιν ὑπὸ). Et eadem vis verbo ἐλθεῖν supra dicto coniunctoque cum πρός subiecta est in inscriptionibus Eleusiniorum mysteriorum aliorumve vel in epitaphiis⁴: ἥλθε πρὸς ἀθανάτους (IG II² 3661,4) ἥλθε πρὸς τὸν θεόν (Graffites d'Abydos 439); ἥλθε πρὸς [ἥμ]ᾶς (GVI 864,1-3); τόνδε Θέωνα θανεῖν (GVI 864,1-3). Quae dicta an vero de hominibus Artemidis causa immolandis in mysteriis apud Mytilenaenos celebratis testentur? At enim nil tantum est. Ea pauca, quae inscriptionibus eisdem de moribus ritibusve singulis mysteriorum Artemidis tradita sunt, ad homines immolandos minime referuntur. Contra vero, mysteria deae fertilitatis ante oculos nostros posita sunt. Pars enim prima sacerdotis roriferentis mysteriorum sacerrimorum (ἐρ(σ)όφορον τ(ῶ)ν ἀγιωτάτων μυ(σ)ταρίων, IG XII (2) 225,5) in illis mysteriis fuit⁵. Haec sacerdos-roriferens caerimonias sacras «roris transferendi» curavisse videtur (quae sacerdos «ersephora» Mytilenensis saepe «arrephorae» Athenensi adaequatur: LSJ, 692). Quibus indicatis Artemis mysteriorum Mytilenensium e caerimoniis Atheniensium notissimis illuminata etiam dea sanitatis fertilitatisque femineae fit, cf. (Myakin 2012a, 103 sq.). Enimvero Aglaurus (Ἀγλαυρος), Ersa (Ἐρση) Pandrosusque (Πάνδροσος) deae videntur roris, qui fecunditatem dat, et tres omnes filiae venatoris Actaeonis in Lesbo cultae sunt. Hic Actaeon ab Artemide in cervum transformatus comes fidelis factus est deae⁶. Nummi quidem Mytilenenses Artemidem deam, quae vel curru cervarum vel cerva vehitur (cf. Shields 1917, 20), effingunt⁷. Quibus rebus pictis et religiones virginum-cervularum ante nuptias in Thessalia actae ac in Lesbo opinione mea coniectatae

⁴ Si vero coniectamus illud ὑπό supra dictum cum verbo ἐλθέτω concinere, multo magis cognoscimus inscriptionem Mytilenensium supra dictam de eo sive de ea, quae in manum Artemidis transit, narrare. Cf. Collyrae inscriptionem (IG XIV 644, 16), quae Locrorum Epizephyrium est (III BC): ὑπὸ τὸν ἀετὸν ὑπέλθοι, «ad eandem aquilam (quae cadavera dilaniat), adeat». Nam verbi ἔρχομαι cum praefixo ὑπό usi vis est «sub aliquem ire, in alicuius potestatem se permittere». Cf. ἐπεί κε μέλαθρον ὑπέλθῃ (Od. XVIII 150); ὑπήλθετε δῶματα Αἰδαο (Od. XII 21).

⁵ Secundum apographon solum extans (IG XII(2) 255, 4):
ΕΡΓΟΦΟΡΟΝΤΑΓΙΩΤΑΤΩΝΜΥΤΤΑΡΙΩΝ.

⁶ Quo loco Photius Inventorum librum secundum citat Scamonis, qui scriptor historicus Mytilenensium III BC fuit (Myakin, 2012b, 103).

⁷ Suda (φ 787 A.) filiam Acteonis quartam, cui nomen Phoenice (Φοινίκη) est, quoque memorat et cum «litteris Phoeniciensibus» (Φοινικήια τὰ γράμματα) coniungit. Quod permittit fiduciam nos collocare in rebus apud Scamonem test. supra dicta copulatis. Nam res illae ad tempora eadem antiquissima pertinent, quibus mores Asiatici ad Graecos mores formandos multum valuerunt. Cf. Suda λ 568 A.

respondere possunt⁸. Et eadem mysteria Artemidis «mysteria Pnistiae Etephilae» in inscriptionibus Mytilenensibus antiquioribus nominata esse nos quidem putamus (IG XII (2) 484,11s. μυστηρίω Πνιστίας Ἐτηφίλας). De qua re vide plenius: Myakin 2012c, 402ss. Inscriptiones enim Lesbiorum antiquissimae sepulchraque generis Anatolici lapidea Artemidem Thermiam solam deam fertilitatis virginiae femineaeve deam nutricem ac cum Asia iunctam antiquitus praesentant⁹. Aedes quoque temporis Homerici novissima, quae in vico, cui Klopedi nomen est, nunc effossa repertaque est, demonstrat Artemidem deam fertilitatis virginiae (saepissime una cum Apolline) in Lesbo antiquitus cultam esse¹⁰. Nam illa aedes aetate sua praecedit id templum maximum famosumque, quod 46 columnas Aeolicas notissimas habuit. Quod templum Artemidis una cum Apolline cultae nunc definiri debere M. Axiotis proponit (Axiotis 2015, 13). Nonne de eadem Artemide, temporis Sapphici dea virginia una cum Apolline culta et ex origine cum deis Asiaticis coniuncta, illae testae ΑΠΟΛΛ[ΩΝΙ?] inscriptae et in aede

⁸ Etiam verus chorus cervularum (*νέβρια*) iuvenilium earundem, quarum grex virginus expleret, a Sapphone administratus esse in libris meis merito conicitur (fr. 58,16 L.-P., plenius de «cervulis» Artemidis cf. Myakin 2012a, 52–54, 115). Cf. inscriptiones Pelasgiotidis Thessaliensis: Δυνατὶς Μελανθίου Ἀρτέμιδι Παγασίτιδι νεβεύσα[σα](IG IX² 1123); Ἀρτέμιδι Ἀρχελοχὶς Πυ[θ]αγ[ο]ραία ἐπινε[β]εύσασσα ὀνέθεικε (SEG XXXIV 493); Ἀρτέμιδι Ἄγις Ἀστοκρατεία νεβρεύσα[σα] (LI 732) et ceteras multas. Cf. (Caciagli 2016, 38–41; Caciagli 2011, 52–88; Caciagli 2007, 285.). Conclusiones autem B. Dodd ac C. Faraone, qui verba dicta resque investigatas Lesbiorum nesciunt, minime accipiendae sunt (2003).

⁹ Illo catalogo rerum sacrarum, quae Artemidi antiquiores saeculo VBC collatae sunt, et «capricervus» (τραγέ[λαφος]) et «fiscinae aureae» (χανήια χρ[ύσια] memorantur. Haec omnia de dea nutrice, quae Artemidi Ephesiae similis est, referunt. Qui catalogus rerum sacrarum» aW. Paton «inscriptionum templi Dianaee Thermiae longe antiquissima» descriptus est (IG XII () 13, p. 9). Haec videtur antiquior, scilicet, quam res Artemidis Thermiae aliae, quae sunt «votives from the culte date from 5 BC etc.» (Spencer 1995a, 6; cf. Myakin 2012c, 408–409.).

¹⁰ M. Axiotis de aede VIII BC ita scribit: «Η νέα ανασκαφή ανασκεύασε την παλιά ἀποψή της θεότητας και ἔβγαλε στο φως αρκετά κτίσματα στον χώρο... είναι γνωστώ ότι διάφοροι μελετητές τοποθετούν εδώ τον αναφερόμενο από την γραμματεία Ναπαίο Απόλλωνα. Τελικά μέσα στην βάση του αγάλματος, ἐμαθα ότι βρέθηκε το κάτω μέρος μικρού χάλκινου κούρου, ἐνδειξη της «παρουσίας του θεού», κάτι με το οποίο συμφωνεί και το επιγραφικό εύρημα. Εγώ όμως θα σταθώ στον προσανατολισμό του αιψιδωτού κτηρίου προς τα δυτικά και θα κάνω την υπόθεση του Schiering για το ιερό της ακρόπολης της Πύρρας βάζοντας λίγο λάδι στην φωτιά και υποστηρίζοντας την ύπαρξη εδώ του Απόλλωνα ή της Ἀρτεμης, από τα Γεωμετρικά χρόνια. Αν η πήλινη κεφαλή ανήκει στην θεότητα του πρώιμου ιερού, τότε ίσως να ήταν αφιερωμένο στην Ἀρτεμιν» (Axiotis 2015, 11–12). Illae columnae Aeolicae notissimae posteriores, scilicet, minime de imagine Apollinis Venerisve, potius vero de imagine Artemidis, deae femininae, referre quoque debere videntur (cf. Kondis 2011, 49s.).

Cybeles in Mytilenis antiquissima repartae referre debeant?¹¹ Etiam illud supra dictum Πνιστία epitheton deam Asiaticam prospicit. Quod epitheton enim una cum Καρίσ]σα epitheto Asiatico conspicimus in basi statuae, quae locis Mytilenarum antiquissimis effossa est. Haec statua scilicet eodem loco aperta est, quo statua alia Artemidi Aethiopiae dicata fuit¹². Cuius statuae basi hanc inscriptionem videmus (...ος Νικόκλειος καὶ Τιμερία.../Νικόκλη τὸν πᾶιδα/...Καρίσ]σα Πνιστία, IG XII (2) 93; cf. IG XII (2) 92). Etiam concludimus hanc deam Cariam Suffocantem (Πνιστία) sive eandem Artemidem Mytilenensem mysticam esse, quae sub nomine peculiari mysteriorum habito subaudiatur, sive deam esse auxiliariam, quae Artemidi in mysteriis ministret. Nonne virgines, huius deae Pnistiae (= Suffocantis) sacerdotes, eaedem existimari possint, quae illius Artemidis sacerdotes «cervulae» supra dictae esse videntur (cf. ιέ]ρεια Πνιστ[ί]ας, IG XII (2) 136, 4–7)? Cur non? Temporibus vero Romanis ipsi illi mores deae fertilitatis Mytilenaeorum mixti supra dicti Hesychium Alexandrinum induxerunt, ut unam Mytilenensem «deam Etephylam» Proserpinam nominaret (Hesych. ε 6495 L. Cf. IG XII (2) 222, 1–4). Sed temporibus Romanis in inscriptionibus Mytilenensibus, quae de mysteriis Artemidis dicunt, societatem permultam «dearum Cariarum Etephylarumque (Proserpinarum, scilicet!)» invenimus (τῶν θέων Ἐτ(γ)φίλων καὶ Καρίσσαν, IG XII (2) 255, 4). Illa autem «deae Etephilae» veluti Proserpinae nominatio Hesichiana nunc a me quidem interpretatio philologi Alexandrini solum intellegi debetur. Nam ex inscriptione

¹¹ Cf. (Spencer 1995b, 298; Axiotis 2015, 10). Mores mixti fertilitatis deae Mytilenensis, quae virtutes Artemidis, Cereris, Veneris, Cybelae penitus insitas tenuit, templo supra dicto «Cereris» nuper effosso apertoque Mytilenis quoque testati sunt (cf. Cronkite 1997, 53, 58, 210s). Sed S.-M. Cronkite, femina clarissima, iudicio fallitur dicens illud templum ipsius solius Cereris Mytilenis effossum apertum esse. Primum enim, constat nec Cererem nec Proserpinam ulla inscriptione Lesbia antiqua adhuc nominatam esse (cf. inscriptiones Lesbias totas: IG XII (2) et IG XII Suppl.; Shields 1917, 44). Cui supra dicto et S.-M. Cronkite clam consentit ipsa. Deinde autem, pars prima Artemidis Venerisque inter figuras dearum fictiles, quae in templo Cereris aperto inventae sunt, ante oculos ponitur: videlicet, figuræ 9 inventas Artemidis, 9 figuræ Veneris, 17 figuræ Erotis, 3 figuræ Cybelae fictiles inventas habemus et figuram Cereris Proserpinae certam nullam (Cronkite 1997, 59– n. 88). Sed illa multitudo immensa hydriolarum fictilium inventa (400 hydriolæ in 1990 anno solo effossæ sunt!) mentem init mihi quidem, ut primo loco cogitem de Artemide, cui aqueductus a Mytilenaeis dicatus est. (cf. Cronkite 1997, 51; cf. IG XII (2) 103, 106). Cf. de moribus Asiaticis, qui tempore Sapphico fuerunt civitatum Graecarum Lesbiarum antiquissimarum (Ferrari 2007, 23; Charitonidis 1966, 161–168).

¹² Quae proclivitas collis «Castro» nunc nominati ad meridiem spectat (Archontidu 1999, 26; Shields 1917, 18).

supra dicta illud nomen Ἐτ(η)φῖλα epitheton solum, instar nominationis Καρίσσα («Caria», i. e. – e Caria orta) formatum, efficitur.

Haec ipsa imago et mores multiplices Artemidis, quae diva mysteriorum suorum Mytilenensiumve ipsorum dominatur (cf. supra Ἀρτεμιν ὑπὸ, SEG XXVI 881, 4), ad venas dearum variarum illi demonstrandas valere vario tempore debuerunt. Artemis apud Mytilenaeos culta modo Artemidi Agroterae Atheniensium, modo Artemidi Lochiae, modo Hecatei et Artemidi Brauroniae similem se exhibit. Enimvero, nummi Mytilenaeorum Artemidem, quae facem cani currenti praefert, forma signaverunt (Shields 1917, 17s). Opus caelatum temporis Romani Lesbium Artemidem cum cane euntem faceque in manu instructam exprimit (Archontidou 1999, 52). Ille canis una cum Artemide expressus de venatione refert aperte, fax autem est «a common attribute of Artemis Lochia» (Dillon 2002, 25). Haud scio, an vero virgines-«ursulae», quae Artemidi Brauroniae ministrabant, et virgines-«cervulæ», quae una cum Sapphone imperante Artemidi Mytilenensi apparuisse visae sunt, utraeque amictae crocotulis esse possint atque ante nuptias suas sub «domina ferarum» (πότνια θερῶν) imperante mereant. Cf. κροκόεντα[/ πέπλον (Sapph. fr. 92, 7–8 Campbell)¹³ Cf. Redfield 2003, 105. Ἰόκολπος ('pectora violacea habens', ad verbum), epitheton unicum Sapphicum, ipsum de dea nutrice apud Sapphonem refert, ad novam nuptam aequa ac ad deam adhibetur (Sapph. frr. 21, 13; 30, 5; 103, 6–7 Campbell et fr. 58, 1 Campbell denuo suppletum). Et idem in ara Attica Artemidis Agroterae quoque repertum est (IG II² 4573). Haec ara de dea nutrice quoque refert et Artemidi Agroterae (quae filia Latonae, «pectora violacea habentis», hic appellatur) a sacerdote eius grates suas pro liberis bene partu editis agente consecrata est (vide plenius: Myakin 2012c, 392–411). Scilicet religiones ac ritus Artemidis Agroterae moresque comparandi ad contextum rituum mythologiarumque in illis mysteriis Mytilenensibus Artemidis explicandum maxime valebunt. Mores autem Artemidis Mytilensis, quae dea virginum feminarumque fuit, in eo potius cernuntur, quod illa dea fontium culta est (Artemidi aqueductus Mytilenis dicatus est: IG XII (2) 103, 106). Cui ipsi Artemidi una cum Apolline celebratae tunc et panegyris Fontium Calidorum (Θερμιακὴ πανήγυρις) consecrata est, et Sappho Alcaeusque carmina cantaverunt (cf. plenius: Myakin 2012c, 407). At clarissimus J. Croon videtur prave iudicare Artemidem Thermiam et epitheton Θερμία suum, et statum deae sanantis suum ab Apolline Thermio mutuatam esse (cf. Croon 1956, 193–220). Carmen enim epigraphicum Lesbium unum, quod J. Crooni ignotum fuit, demonstrat Artemidem deam sanantem «deamque Plataninam aquae abundantem»

¹³ Cf. (Caciagli 2007, 304–337; Redfield 2003, 104s.; Dillon 2002, 21; Lardinois 1996, 155s.).

Mytilenis antiquitus cultam esse (Πλα[τ]ανη[ί]ς κόρη Δίος ὑδατόεσσα). Quae «dea Platanina, Iovis filia», illos temporis Homerici reges sanavit donavitque fonte, qui vulneribus medetur Doryknamaque nominatur (quod nomen a δορύκνιον, quae appellatio medicamenti somnum conciliantis est, rectissime dicitur). Cf. (Myakin 2012, 84)¹⁴. Quo loco Artemis, quae pacem inter «reges antiquos bello defatigatos» confecit (πάλαι βασιλῆς ἀπὸ πτολέμοι, IG XII Suppl. 129, 1–3), «dea Platanina, Iovis filia» dicta cum Artemide Caryatide (Καρυάτις) comparanda est. Haec Artemis Caryatis a choris virginum Lacedaemoniarum veluti «eine Natur- und Fruchtbarkeitsgöttin» (Nilsson 1906, 196) celebrabatur in diebus festis, qui Καρύαι (Castaneae, ad litteras) nominati sunt (cf. Paus. III 10, 7)¹⁵. Quibus Artemidis Caryatidis sollemnibus choros virginum Lacedaemoniarum carmina Sapphonis cantavisse Poseidippus poeta, denuo in publicum datus, demonstrat (Lardinois 2009, 52s).

Itaque Artemis in carmine epigraphico supra laudato ipsa pro dea sanante, quae potionem placamenque porrigens prodit, ac pro dea arbitrante, quae finem discidiorum civilium fecit, progreditur. Haec dea ita fecit, ut reges lanceas «cassidesque cristis ornatas seponerent» (κόρυ<θ>ας κάθθεσαν ἵππολόφους, IG XII Suppl. 129, 4). Inde ita res evenit, ut usque ad Romana tempora Artemis magnum momentum ad rem publicam faceret, pacta foederaque sanctificaret, leges publicas in templo suo servaret. Ii, qui leges publicas violaverant, pecuniam irrogatam sacerdotibus Artemidis solvere debuerunt. Illae clarissimae sacerdotes-«roriferentes mysteriorum sanctissimorum» in senatu Mytilenaeorum interdum praesidebant (cf. IG XII (2) 67, 7–15 et 255, 1–4).

¹⁴ Cf. (Hiller 1936, 107–122). Hi «reges antiqui» reges «temporis Homerici» definiuntur a clarissimo Hiller, qui conjectura colligit illud carmen de Achille, illo Lesbi vastatore, Telephum medente referre (vide Hiller o.c. 114). Illi reges antiqui eidem reges septem fabulosi fieri possent, qui Graecos Aeolios in Lesbum transmigraturos administraverant (Myakin 2012a, 70). Magis autem adducor ut credam Artemidem pro dea sanante deove arbitro a temporibus Homericis apud Lesbios cultam simpliciter prodisse. Nam et Herodotus (I 151, 2) et Strabo (XIII 2, 3) de civitatibus Aeoliis antiquissimis Lesbiis inter se maxime discordantibus semper narrant. Modo enim de Arisba civitate, quam Methymnei “perdomuerunt” (ἡνδραπόδισαν), modo de dissensionibus gravissimis inter cives Mytilenaeos factis agitur. Et oppida et etiam templa separata quidem et muris altis crassisque antiquitus circumdata de bellis obsidiisque iam VIII–VII BC persaepe gestis quoque referunt. Vide (Spencer 1995a, 59, 61).

¹⁵ Quod nomen, Serv. Ecl. 8,30 indicante, ab una Artemidis sacerdote nomine Carya dicitur. Haec Carya cum Baccho coiit et in castaneam commutata est : cf. Myakin 2012b, 84. Quae Nilssonis conclusiones supra indicatae nunc et eis documentis ac rebus, quae ab investigatoribus antiquitatis novissime inquisitae sunt, optime confirmantur (Pomeroy 2002, 108s).

An vero quiddam de mysteriis Artemidis etiam ex fragmentis poetis Lesbiorum eligi possit? Etenim Sappho sive Alcaeus deam Artemidem “semper virginem” (ἄϊ πάρθενος) dicit et in «Hymno Artemidis» suo narrat «hanc venantem cacumina montis habitare» (ὅρέων κορύφαισ' ἔπι) eoque modo «dea virgo, quae cervos necat ac (dea) venatrix nomine / a deis hominibusque appellatur» (πάρθενον δ' ἐλαφάβ]ολον ἀγροτέραν θέοι / ἄνθρωποι τε κάλε]ισιν ἔπωνύμιον μέγα, Alc. fr. 304, 5–10 L.-P., si consequimur Sapph. fr. 44A, 9s. Campbell). Quibus narratis poeta quidem addit «Erotem ad illam non inclinari» (“Ἐρος οὐδάμα πίλναται”). Quo in loco autem de illo Erote mythistorico pennato notissimo, qui ad Artemidem advolare nolit, nullo modo agi posse certissime scimus¹⁶. Nam verbum πιλνάω (inclinor, adeo, attingo), quo poeta noster utitur, tali contextu erotico verborum dictorum usurpatum in inscriptione Delia «templi Artemidis» corruptissima quadam solum invenimus (IDélos II 443A fr. B 2,114 [Α]ρτεμισιῶ[νος]). Lacuna enim, quae πιλ[..]ν ἀν[in 118 inscriptionis huius exprimatur, solum πιλ[νά]ν suppleri posse videtur. Supra quod «inclinari» (linea 118 πιλ[νά]ν ἀν[) suppletum et φάλε[certissime scriptum in l. 114 quoque videmus. Quo loco φάλε[ω «penis» Ionice antiquissimoque modo expressus solum inscribi posse coniectura colligitur (quod nomen apud Hipponactem invenitur: cf. LSJ⁹ 1914 s.v. φαλῆς). Quae omnia etsi incerta sint, a nobismet quaeramus - an vere poeta verbo πίλναται utens, non solum de Artemide Eroteque mythistorico, sed etiam de caerimonia definita quadam, cuius forma et quasi naturalis nota amatoria videtur, narrare velit? An vere de ritu sacro, cuius ipsa Artemis personam subiectam passivam agere nequit, in Hymno Artemidis Sapphico Alcaicove supra dicto agi possit?¹⁷ Cuius generis ritus memoratus ex Hesychio extrahi posse videtur. Hesychius enim scribit (λ 1257 L.): «lombae – eae (genus femininum pluralis), quae sacrificiis Artemidis praesident, ex ornatū illius ludi (dictae). Nam ita Hermae (genus masculinum pluralis) appellantur: λόμβαι – αὶ τῇ Ἀρτέμιδι θυσιῶν ἀρχουσαι, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν παιδιὰν σκευῆς. οἱ γάρ φάλητες

¹⁶ Nam solus actor, qui ad homines pedibus adit humive se sternit, verbo πιλνάω usurpatō apud poetas temporis Sapphici semper conicitur. Cf: Il. XXIII 368 «currus humi se sternebant» (χθονὶ πίλνατο). In Il. XIX 92–93 Ata, Jovis filia honesta, quae mentis quasi luminibus officit, «ad neminem (pedibus) adit (οὐ γάρ ἐπ'oύδει πίλναται), sed capitibus gradiens accedit (κατ' ἀνδρῶν κράστα βαίνει)». Cf: «humī nunquam cadere» (πίπτει χαμαί, Schol. In. Il. XIX 92–93). Cf: «domos non accedis» (οὐδὲν δόμοισι πιλνάις, H. Hom. Cer. 115); «ad terram multifruatam (Boreas ventus) inclinat» (πιλνάι χθονὶ πουλυβοτείρῃ, Hes. Op. 510).

¹⁷ Enimvero sacerdos Artemidis fabulam deae ipsa agens cervas, curru iunctas, in caerimoniis flectebat, vide Burkert 2011, 161; Paus. VII 18,2.

οὗτω καλούνται¹⁸). Secundum enim Sudam «Thales est veluti Herma» – Φαλῆς, ὁς Ἐρμῆς (Suda φ 50 A.). An vere apud Hesychium etiam agi possit de eis feminis virginibusve Artemidis sacerdotibus, quae penem coriaceum veluti Hermam deum *ritu* prae se tenentes sacrificiis Artemidis praesidebant? Quae sacerdotes virgines feminae λόμβαι supra dictae ab Hesychio cum iuvenibus virisve «denudatis» (λ 1256 L. λομβούς – ἀπεσκολυμμένους) eodem numero haberet in sensu obscoeno videntur. Quae ipsae sacerdotes et inscriptione Delica supra dicta quoque memorari posse videntur (IDélos II 443, face A, frg. B 2,114 φάλε[]). Eae «die orgiastische und anstössigen Tanzen» (Nilsson 1906, 184s.), quibus illa φαλλικὴ παιδιά aderat, et Artemidis Korythaliae et Artemidis Dereatidis sollemnium fuerunt (Pomeroy 2002, 109). Horum sollemnium hymni nominati καλαβῶται a virginibus Lacedaemoniorum in templo Artemidis Dereatidis cantati esse indicantur (Hesych. κ 379 L.). Et hymnorum fuerunt choreae, quae καλαβώτης sive καλαβίς appellatae sunt (Hesych. κ 373, κ 383 L.). Quas feminas saltantes (καλλιβάντες) «femoribus dominari» necesse erat (γένος ὄρχήσεως ἀσχημόνως τῶν ἴσχίων κρατουμένων, Hesych. κ 471, 2–3 L.). Cf. certissime declarata: Hesych. κ 378 L. Cf. Poll. IV, 104. Si vero ad ipsa fragmenta poetarum Lesbiorum nosmet converterimus, ὅλισθ[ο]δόκοις nomen inveniemus in eis reliquiis carminum Sapphicorum Alcaicorumve, quibus et «Hymnus Apollinis» continetur, et alia, quia fragmentum 99 (a-b) col. I L.-P. Sapphonis fragmentumve Alcae 303 Aa–Ab V servata sunt. Quorum trium carminum carmen unum memorat «filias Polyanactidis» (Πωλυανακτ[ίδ]αις), quae ipsae «penem (coriaceum) in se recipere» (όλισθ[ο]δόκοις) simulque se exercere una cum «fidibus canentibus» videntur (χόρδαισι διακρέκην, Sapph. fr. 99, col. I 2–5s. L.-P.)¹⁹. Carmine vero secundo Apollo, Latonae Iovisque filius, invocatur, ut ipse

¹⁸ Cf. μολπή-παιδιά («cantus-ludus») apud Hesych. μ 1581 L. et «gaudebat cantui» – ἔχαιρε μόλπαι in Sapph. fr. 96, 5 V.

¹⁹ Etiamsi nomen ὅλισθος «penis coriaceus» thesauro nostro Oxoniensi iamdudum certissime definitum est, eaedem feminae virique docti nolunt id ὅλισθ[ο]δόκοις, quod ab ὅλισθος derivetur, de pene coriaceo recipiendo referre (vide LSJ⁹ 1216 s.v. ὅλισθος). *Ad hoc* interpretantur ὅλισθ[ο]δόκοις «receiving the ὅλισθος (perh. in sense «plectrum»)», vide LSJ⁹, Suppl. 226. Sed argumenta nulla ad ὅλισθος «plectrum» interpretandum referri possunt. Qua re maxime de hac opinione consentio: «this is the only attested meaning of olisbos for that and later eras («dildo»)» (Yatromanakis 2007, 252). Cf. idem : Neri 2013, 17. Quae autem ambae interpretationes illius ὅλισθ[ο]δόκοις nominis supra dictae sibi repugnant minime, si agnoscimus fr. Sapph. 99 L.-P. et Alc. 303Aa–Ab V de ritu ipso mysteriorum referre, quo et barbita canere debeant. Filiae Polyanactidis e fragmentis Sapphicis aliis quoque nobis notae sunt (Sapph. fr. 155 Campbell, V). Quae virgines apud Sapphonem παῖδες nominatae ad illa νέβρια – («virgines-cervulas») – an referenda sint? Cf. Sapph. fr. 58 suppl. (cf. Myakin 2012a, 110–111s.).

Grynio silvestri relicto ac «oraculo» (*χρη[σ]τήριον*) celeriter «ad orgia adveniat» (]*ἐπιθ' ὅργιαν*, Sapph. fr. 99(b), 1–4 Campbell, cf. Sapph. fr. 99, col. I 10–11s. L.-P.)²⁰. Quae quum ita sint, «orgia» in fragmentis Hymni Apollinis Sapphici Alcaicive indicata, sive de mysteriis sive de sacrificiis deorum dearumve, quae virginibus favent, quoque referre debent. Quo in hymno Artemis enim per vv. 10–11s. (Campbell) demonstratur: *Ἄρτεμι?]ν ύμνε [...] ἀδελφέαν* (cf. Sapph. fr. 99, col. I 19–20s. L.-P., cf. Sapph. fr. 99(b), 10–11 Campbell), vide LSJ⁹ 20). Haec est «Artemis, if the interpretation of the scraps is correct», D. A. Campbell notat (Campbell 1990, 125). Interpretationibus cuius loci habitis aliis meritis nullis nos hanc consequi debemus. An vero de mysteriis illis ipsis Artemidis, quibus virgines feminaeve Lesbicae λόμβαι, penem coriaceum veluti Hermam deum *ritu* prae se tenentes, sacrificiis Artemidis praesidebant, in fr. 99, col. I, 2–20s. L.-P. agatur? Nam si nos Sapphonis fragmentum 155 V et ea, quae mihi clarissimoque C. Neri videntur, sequimur, fragmentum 99 (a–b) L.-P. supra dictum eiusque «spiritus iambicus» necesse fit Sapphonis ipsius (de «spiritu iambico» Sapphonis vide: Martin 2016, 111s. Cf. Neri 2013, 16s.). Quibus carminibus chorise sive diverbiis ritualibus sensu obscoeno cantatis ea fragmenta Sapphica, quae de «virgine-coniuge» (*σύζυγος*) sive de «arte amatoria» talis modi cantaverunt, certissime pertinere videntur (Sapphonis: fr. 213, 6; fr. 57; fr. 68(a); fr. 71; fr. 99 (a–b); fr. 133(a); fr. 137; fr. 145; fr. 178 Campbell). Etenim iam clarissimus noster Iohannes Luniak, primus virorum doctorum omnium, de eis diverbiis Sapphicis sensu obscoeno cantatis, quibus «coitus mentionem fieri» videtur, iure ac merito scripsit (Luniak 1888, 22). Quibus rebus supra laudatis testimonia quidem certissima addamus – Eresiorum antiquorum nummum (IV–III BC), cuius in una parte Sappho ($\Sigma\Lambda\Phi\Phi\Omega$ subscripta) lyram penemve coriaceum plectrumve vere amplissimum manu tenens, in altera vero parte ipse Herma deus depictus est (vide: Papadzoglou 2013, 67). Cui nummo et vas adiciamus Lucanicum (450–400 BC datum), quo Sappho $\Sigma\Lambda\Phi\Phi\Omega$ ΤΑΛΑΣ («Sappho miser», scilicet, in genere masculino, cf. supra) subscripta penem ipsum coriaceum evidentem manu tenere ac veluti sacerdos ab Erote pennato corona ornari videtur²¹. Notum est deum Hermam solum deorum in in-

²⁰ Cf. ὅργια δ' αὐτὴ ἐγών ὑποθήσομαι (H. Hom. Cer. 273), τὰ Καβείρων ὅργια μεμύηται (Her. II 151,2), ἵρον τε καὶ ὅργια (Her. V 61,2), ὅργια – σφάγια (Hesych. θ 867 L.), ὅργια – τὰ μυστήρια (Hesych. ο 1116 L.), ὅργια Μουσῶν (Ar. Ra. 356), ὅργια σεμνὰ (Ar. Th. 948), ὅργια σημάνει τὰ μυστήρια (Et. Gud. 433 St.), ὅργια, ἢ εἰσι μυστήρια (Et. M., p. 629, 25 Kallierges). Sacrificia mysteriave sola deorum dearumve fertilitatis ὅργια apud Pausaniam nominantur (Cybele, Hera, Dionysus, Demetra, cf. : Paus. VII 17,9; VIII 6,5, 26,2; X 4,3, 28,3, 33,11).

²¹ Quod vas nunc amissum est (nam corpori, quod Früher Sammlung Middleton nominatur, pertinuerat) et illa pictura a nobis secundum Giebel 1980, 89 solum profertur.

scriptionibus Graecis posterioribus Asiae Minoris «Hermam, deum,cultorem Musarum» veluti quandam virginem Sapphonis nominari (TAM III/1 35, A1 μουσο[πόλ' ὁ θ]εός, Ἐρμῆς). Et Herma ipse et a Sapphone deus fertilitatis femineae nuptiarumque et a Lesbiis deus fertilitatis cultus est (Cf. Athen. III, 77 Kaibel; Sapph. fr. 141, 3–4 et fr. 150 V. De qua re vide: Papadzoglou 2013, 26). An vero ipsa sententia ac vis, quae mysteriis Artemidis Mytilenensibus subiecta sit, a nobis consequentibus res illas supra laudatas ac illud Sapphonis Alcaeive fragmentum dubium contextu supra laudato cognitum intellegi possit? Speramus quidem. Quae supra collata etiamsi incerta sint, ita tamen cognoscuntur, ut a me nunc veluti primis in lineis solum rerum ipsarum diligentius investigandarum explorandarumque causa exponantur.

Qua scilicet ratione ille ritus Artemidis supra dictus, qui Hymno Artemidis Sapphico Alcaicove clam designari posse videtur, similis conspicitur et ritibus, qui Artemidis Corythaliae Artemidisque Dereatidis sollemnium fuerunt (vide supra) et eis rebus ritualibus, quae lege Cyrenaica epigraphica IV saec.BC. memorari videntur: τὸ νυμφήιον ἐς Ἀρταμίν κατ[ενθ]ὲν δεῖ, / ὄπόκα κα δήληται Ἀρταμιτίοις, [ώς / τά]χιστα δὲ λῶιον, ἀ δέ κα μὴ κατένθηι [οὐ / θυ]σεῖ τᾶι Ἀρτάμιτι (Dillon 1999, 67. Cf. SEG XX 717, 84–97). Si rememorati erimus illa mysteria Artemidis a Mytilenaeis quoque mysteria Pnistiae (Deae Suffocantis) nominata esse, iure ac merito proponemus virginitatem suam veluti «ein blutiges Opfer» Artemidis causa virginibus Lesbicis immolandam esse (cf. Burkert 2011², 234). Nonne cum hoc ritu amatorio et illa verba dictaque chori Sapphici nuptialis quoque coniungi recte possint παρθενία, παρθενία ποῖ με λίποισ'ἀποίχῃ; / οὐκέτι ἥξω πρὸς σέ, οὐκέτι ἥξω (Sapph. fr. 114 Campbell)? Nam haec dicta animum ad similiūm verborum memoriam revocant. Quae verba a virginibus coloniarum Lesbicarum Troadensium nupturis seque lavantibus veluti fluvio nubentibus ritu iam in III BC edicebantur: «Accipe, Scamandre, virginitatem meam» - λαβέ μου, Σκάμανδρε, τὴν παρθενίαν (Ps.-Aeschin. Epist.10)²². Meminimus enim Artemidem deam fontium Mytilenis cultam esse. Scilicet, necesse est a sola Artemide personam fluvii Mytilenis geri posse. Constat enim Artemidem solam deam «choragum» (ἀρχίχορον) nominatam inscriptionibus Mytilenensibus esse (Digidikis 1998, 85).

Quae virginitas *re aut ritu solum* ad Artemidem immolanda prospicere liberis partu felici reddendis debuisse videtur. Nam una ex parte infans angustiis uteri perviis factis natus «Deam suffocantem» (Pnistiam) fugere poterat, altera quidem ex parte femina novonupta sive nuptura sive etiam gravida, quae illis mysteriis

²² Vixdum autem Sappho ac virgines eius habere potuerunt eandem virginitatis notionem medicam, quae nunc vulgatur. Scilicet illa virginitas Sapphica ad verbum interpretanda nobis non est. Vide Sissa 1984, 113os.

initiata est, «sub Artemidem iit» rectissime, in manum Artemidis se tradebat, in universum illius transibat²³. Hac in re conclusiones indicatae meae cum dissertationibus C. Neri de «Afrodite violenta» Sapphica denuo collectis optimo modo congruunt (Neri 2017, 13 etc).

Quae Artemidis Sapphicae cultae interpretatio supra proposita solum ea, quae videatur, a nobis existimari certissime debere dicent feminae virique doctissimi. Res tamen investigatas ita satis habemus, ut illa ipsa interpretatio supra proposita probabilissima videri debeatur totis viris feminisque doctissimis.

BREVIATA

- Alc. Fr. Campbell – Alcaeus. Fragmenta (ed. D. A. Campbell)
- Alc. Fr. L.- P. – Alcaeus. Fragmenta (ed. E. Lobel et D. Page)
- Alc. Fr. V – Alcaeus. Fragmenta (ed. E.-M. Voigt)
- Ar. Ra. – Aristophanes. Ranae (ed. V. Coulon et M. Van Daele)
- Ar. Th. – Aristophanes. Thesmophoriazusae (ed. V. Coulon et M. Van Daele)
- Athen. Kaibel – Deipnosophistae Athenei Naucratitiae (ed. G. Kaibel)
- Et. Gud. St. – Etymologicum Graecae linguae Gudianum (ed. F. G. Sturz)
- Et. M. Kallierges – Etymologicum Magnum Graecum (ed. F. Laserre, N. Livaradas sequentes Z. Kallierges)
- GVI – Griechische Vers-Inschriften (ed. W. Peek)
- Graffites d'Abydos – Les Graffites grecs du Memnonion d'Abydos (ed. P. Pedrizet et G. Lefebvre)
- H. Hom. Cer.– Hymnus Homericus in Cererem (ed. T. W. Allen, W. R. Halliday, E. E. Sikes)
- Her. – Herodotus. Historiae (ed. Ph.-E. Legrand)
- Hes. Fr. M.-W. – Hesiodus. Fragmenta (ed. R. Merkelbach et M. L. West)
- Hes. Theog. – Hesiodus. Theogonia (ed. M. West)
- Hes. Op. – Hesiodus. Opera et dies (ed. F. Solmsen)
- Hesych. L. – Hesychii Alexandrini Lexicon (ed. K. Latte)
- IDélos II – Inscriptions de Délos. Vol. II. Comptes de Hiéropes. Loi ou réglements, contrats d'entreprises et devis (ed. Félix Durrbach)
- LSJ⁹ – H. G. Liddel, R. Scott, H. S. Jones, Greek-English Lexicon. With a revised supplement 1996
- IG II² – Inscriptiones Graecae. Vol. II. Inscriptiones Atticae aetatis, quae est inter Euclidis annum et Augusti tempora. Pars III. Dedications. Tituli honorarii. Statuarum subscriptiones. Tituli artificum. Tituli sacri. Inscriptiones ararum. Oracula. Similia. Tituli sepulcrales (ed. J. Kirchner)

²³ Cf. Myakin 2012b, 118s.

- IG IX² – Inscriptiones Graecae. Vol. IX. Inscriptiones Graeciae septentrionalis voluminibus VII et VIII non comprehensae. Pars II. Inscriptiones Thessaliae (ed. O. Kern)
- IG XII (2) – Inscriptiones Graecae. Vol. XII. Inscriptiones insularum Aegei praeter Delum. Pars II. Inscriptiones Lesbi, Nesi, Tenedi (ed. Guil. R. Paton)
- IG XII Suppl. – Inscriptiones Graecae. Vol. XII. Supplementum (ed. Fr. Hiller Von Gaert-ringen)
- Il. – Homeri Ilias (ed. T. W. Allen)
- LI. – Lindos. Inscriptions (Nos. 1–710). Ed. Chr. Blinkenberg
- Od. – Homeri Odyssea (ed. P. von der Mühl)
- Paus. – Pausanias. Graeciae descriptio. Volumina I-II (ed. W. H. S. Jones, M. A. Ormerod)
- Poll. – Julius Pollux. Onomasticon (ed. E. Bethe)
- Ps.-Aeschin. Epist. 10 – Pseudo-Aeschini Epistula 10 (ed. L. Rademacher, Fr. John)
- Sapph. Fr. Campbell – Sappho. Fragmenta (ed. D. A. Campbell)
- Sapph. Fr. L.-P. – Sappho. Fragmenta (ed. E. Lobel, D. Page)
- Sapph. Fr. V. – Sappho. Fragmenta (ed. E.-M. Voigt)
- Schol. In. Il. – Scholia Graeca in Homeri Iliadem. Scholia vetera (ed. H. Erbse)
- SEG XX – Supplementum Epigraphicum Graecum. Vol. XX (ed. J. C. Gieben)
- SEG XXVI – Supplementum Epigraphicum Graecum. Vol. XXVI (ed. H. W. Pleket, R. S. Stroud)
- SEG XXXIV – Supplementum Epigraphicum Graecum. Vol. XXXIV (ed. H. W. Pleket, R. S. Stroud)
- Serv. Ecl. – Servii Grammatici qui feruntur in Vergilii BUCOLICA et GEORGICA commentarii (ed. G. Thilo)
- Strab. – Strabonis Geographica (ed. A. Meineke)
- Suda A. – Suidae Lexicon (ed. A. Adler)
- TAM III/1 – Tituli Asiae Minoris, III. Tituli Pisidiae linguis Graeca et Latina conscripti, 1. Tituli Termessi et agri Termessensis (ed. Rudolf Heberdey)

INDEX BIBLIOGRAPHICUS

- Archontidu, A. (1999) *Archaeological Museum of Mytilene*. Mytilene.
- Axiotis, M. (2015) «Geometriki Lesvos (Γεωμετρική Λέσβος)», *Aiolika Chronika (Αιολικά χρόνια)* XVII, 7–13.
- Bettenworth, A. (2014) «Sappho's Amme: Ein Beitrag zum neuen Sapphofragment (Brothers Poem)», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CXCI, 15–19.
- Bierl, A. (2003) «Ich aber (sage), das Schönste ist, was einer liebt». Eine pragmatische Deutung von Sappho fr. 16 LP/V», *QUCC n.s.* LXXIV, 91–124.
- Burkert, W. (2011²) *Griechische Religion der archaischen und klassischen Epoche. Zweite, überarbeitete und erweiterte Auflage. Die Religionen der Menschheit, Band 15*. Stuttgart.
- Burris, S. – Fish, J. (2014) «Sappho 16. 13-14 and a Marginal Annotation Attributed in PSI 123 to Nikanor», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CLXXXIX, 2–31.

- Caciagli, St. (2016) «Lesbos et Athènes entre πόλις et οἰκία», in *La poésie lyrique dans la cité antique. Les Odes d'Horace au miroir de la lyrique grecque archaïque*, edd. B. Delignon, N. Le Meur, O. Thévenaz (Lyon), 35–48.
- Caciagli, St. (2011) *Poeti e società. Comunicazione poetica e formazioni sociali nella Lesbo del VII/VI secolo a.C.* Amsterdam.
- Caciagli, St. (2010) «Il temenos di Messon: uno stesso contesto per Saffo et Alceo», *LEXIS. Poetica, retorica e comunicazione nella tradizione classica*, ed. A. Hakkert (Venezia) XXVIII, 227–257.
- Caciagli, St. (2007) *Poesia e Società. Comunicazione poetica e formazioni sociali nella Lesbo del VII/VI secolo a.C. Praesentata dall’Dott. Diss.* Bologna.
- Calame, Cl. (1997) Choruses of Young Women in Ancient Greece. Their Morphology, Religious Role, and Social Function, Angl. vers. Lanham 1997 (ed. or. Roma 1977).
- Calame, Cl. (1996) «Sappho’s group: an Initiation into Womanhood», in Greene 1996 [g. v.], 113–124.
- Campbell, D. (1990) *Greek Lyric, I. Sappho and Alcaeus*, Cambridge, Mass./London.
- Charitonidis, I. (1966) «I idiomorfia tou lesviakou politismou stin archaiki Lesvo» *H (ἰδιομορφία τοῦ λεσβιακοῦ πολιτισμοῦ στὴν ἀρχαϊκὴ Λέσβο)*, *Lesviaka (Λεσβιακά)* V, 161–169.
- Cole, S. (2004) *Landscape, Gender, and Ritual Space. The Ancient Greek Experience*. Berkeley.
- Cronkite, S.-M. (1997) *The Sanctuary of Demeter at Mytilene: a Diachronic and Contextual Study. I. Text. Diss.* London.
- Croon, J. (1956) «Artemis Thermia and Apollo Thermios (with an Excursus on the Oceanic Heracles-cult)», *Mnemosyne* IX, 3, 193–220.
- Digidikis, G. (1998) «I latria tis Artemis sti Lesvo (Ι λατρεία της Ἀρτεμις στη Λέσβο)», *Lesviaka (Λεσβιακά)* XVII, 81–89.
- Dillon, M. (2002) Girls and Women in Classical Greek Religion. London.
- Dillon, M. (1999) «Post-nuptial sacrifices on Kos (Segre, ED, 178) and ancient Greek marriage rites», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CXXIV, 63–80.
- Dodd, B.–Faraone, Chr. (2003) *Initiation in Ancient Greek Rituals and Narratives. New Critical Perspectives*. London/New York.
- Ferrari, Fr. (2014) «Saffo e i suoi fratelli e altri brani del primo libro», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CXCII, 1–19.
- Ferrari, Fr. (2007) *Una mitra per Cleis. Saffo e il suo pubblico*. Pisa.
- Freeman, Ph. (2016) *Searching for Sappho: the lost Songs and World of the First Woman Poet: Including New Translations of All of Sappho’s Surviving Poetry*. New York/London.
- Giebel, M. (1980) *Sappho in Selbstzeugnissen und Bild dokumenten*. Hamburg.
- Greene, E. (1996) *Reading Sappho. Contemporary Approaches*. Berkeley.
- Gvosdeva, T. (1998) «The motif of Cecropidum in the Arerepheas and Panafineas» [in Russian], in Gvosdeva I. A (ed.), *The Ancient East and the Antic World* I (Moskva), 114–135.
- Hamm, E.- M. (1957) *Grammatik zu Sappho und Alkaios*. Berlin.

- Hiller, Fr. (1936) «Neue Forschungen zur Geschichte und Epigraphik von Lesbos», *Nachrichten von der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse* 1 (6), 107–122.
- Kahil, L. (1977) «Artémis attique», *Comptes-rendus des séances de l'Academie des inscriptions et belles-lettres*, 120-e année, 1, 126–130.
- Kondis, I. D. (2011) *Lesviako polyptycho. Apo tin istoria, tin techni ke ti logotechnia* (Λεσβιακό πολυπτυχό. Από την ιστορία, την τέχνη και τη λογοτεχνία). Mytilini.
- Lardinois, A. (2009) «The New Sappho poem (P. Köln. 1231 and 21376). Key to the Old Fragments», in E. Green, M. B. Skinner (edd.), *The New Sappho On Old Age. Textual and Philosophical Issues* (Cambridge, Mass.), 41–58.
- Lardinois, A. (1996) «Who Sang Sappho's Songs?», in Greene 1996 [vide supra], 150–175.
- Luniak, I. (1888) *Quaestiones Sapphicae. Accedit corollarium criticum atque exegeticum ad Ovidianam Sapphus epistulam*. Kazaniae.
- Martin, R. (2016) «Sappho, Iambist: Abusing the Brother», in A. Bierl, A. Lardinois (edd.) *The Newest Sappho: P. Sapph. Obbink and P. GC Inv. 105, frs.*, Leiden, 110–126.
- Myakin, T. (2016) «Sappho and Mysteries of Artemis in Ancient Mytilene» [in Russian], *Vestnik NGU* 15/8, 25–38.
- Myakin, T. (2004) *Sappho. Language, World view, Life* [in Russian]. St.-Petersburg.
- Myakin, T. (2012a) *Through Cologne to Lesbos: a meeting with a genuine Sappho* [in Russian]. Novosibirsk.
- Myakin, T. (2012b) *Per Coloniam Agrippinam ad Lesbum. Sapphus fide dignae occursus*. Novosibirsk.
- Myakin, T. (2012c) «An Sappho Sacerdos Artemidis fuerit? (sive de epitheto λόκολπος Sapphico dissertationes quaedam)», *Hermes* CXL/ 4, 391–416.
- Myakin, T. (2014) «Sappho is wise» or the Philosophy of Female Initiation (the Sapphic “thiasos” in the light of the latest discoveries in papyrology and epigraphy)» [in Russian], *ΣΧΟΛΗ (Schole)* VIII/2, 425–444.
- Müller, M. (2016) «Re-Centering Epic Nostos: Gender and Genre in Sappho's Brothers Poem», *Arethusa* XLIX, 25–49.
- Nagy, Gr. (2016) «A poetics of Sisterly Affect in the Brothers Song and In Other Songs of Sappho», in A. Bierl, A. Lardinois (edd.) *The Newest Sappho: P. Sapph. Obbink and P. GC Inv. 105, frs.* Leiden, 449–493.
- Neri, C. (2017) «Afrodite violenta (Sapph. Fr. 26= ‘Kypris poem’)», *Eikasmós* XXVIII, 9–21.
- Neri, C. (2015a) «La mamma e la festa (Sapph. Fr. 9V + P. GC. Inv. 105 fr. 1)», *Commentaria Classica. Studi di filologia greca e latina* II, 9–20.
- Neri, C. (2015b) «Il Brothers Poem e l'edizione alessandrina (in margine a P. Sapph. Obbink)», *Eikasmós* XXVI, 53–75.
- Neri, C. (2013) «Olisboi e Polianattidi (Sapph. Fr. 99 L.-P. = Alc. Fr. 303A)», *Eikasmós* XXIV, 11–28.
- Nilsson, M. (1906) *Griechische Feste von Religiöser Bedeutung Mit Ausschluss der Attischen*. Leipzig.
- Obbink, D. (2015) «Interim Notes on Two New Poems of Sappho», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CXCIV, 1–8.

- Obbink, D. (2014) «The New Poems by Sappho», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CLXXXIX, 32–49.
- Obbink, D., Burris, S., Fish, G. (2014) «New fragments of book 1 of Sappho», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CLXXXIX, 1–28.
- Papadzoglou, I (2013) *Istoria tis Archeas Eresou polis tis nisou Lesvou* (*Ιστορία της Αρχαίας Ερεσού πόλης της νήσου Λέσβου*). Mytilini.
- Plehn, S. L. (1826) *Lesbiacorum liber*. Berolini.
- Pomeroy, S.-B. (2002) *Spartan Women*. Oxford/New York.
- Prodi, E. M. (2017) «Text as Paratext: Pindar, Sappho, and Alexandrian Editions», *Greek, Roman and Byzantine Studies* V, 547–582.
- Redfield, J. M. (2003) *The Locrian Maidens: Love and Death in Greek Italy*. Princeton.
- Shields, E. L. (1917) *The Cults of Lesbos*. Diss. Menasha.
- Sironi, Fr. (2015) «La Nutrice di Saffo in P. Oxy. 2289 e i paralleli omerici nel ‘Carme dei fratelli’», *Acme* LXVIII, 111–118.
- Sissa, G. (1984) «Une virginité sans hymen: le corps féminin en Grèce ancienne», *Annales. Economies, Sociétés, Civilisations*. 39-e année VI, 1119–1139.
- Spencer, N. (1995a) *Gazetteer of Archaeological Sites in Lesbos*. Oxford.
- Spencer, N. (1995b) «Early Lesbos between East and West: A “Grey Area” of Aegean Archaeology», *The Annual of the British School at Athens* 90, 269–306.
- Yatromanolakis, D. (2007) *Sappho in the Making. The Early Reception*, Cambridge, Mass./London.
- West, M. (2014) «The nine poems of Sappho», *Zeitschrift für Papyrologie und Epigraphik* CXCI, 1–12.